

experiantur. Item notabilis quantitas pecunie exhibitio ad opera pia, unde refert Averfa q. 19. f. 4. in Romana Curia verus inter- dum aliqui exponunt, sed dispensationem petere absque causa, id est absque illa causa ex predictis interveniente, sed tamen in expeditione ipsa affigitur talis causa, quia obligare quempiam ad faciendum tale opus pium, vel erogandam tantam pecuniam summam est sufficiens causa ad dispensandum, praesertim quando impedimentum non est adeo arctum, possint esse quoque aliae causae, sufficientes, & iudicio prudentium discerni debent, & apud Sanchez videri possunt disp. 19. ut si matrimonium sit ignoranter, & bona fide contractum cum cessatione ad copula post notitiam impeditur; item reparatio honoris feminae, quae fornicarie cognita redintegratur per matrimonium cum viro, qui eam violavit, ac etiam legitimatio, & bona educatio prolis ex fornicatione susceptae, & similia.

510 Tercio quia Pontificis dispensatio surreptionis vitio nulla, & irrita reddi potest id est, vel suppressione veri, vel narratione falsi, ad hoc evitandum debet in primis impedimentum, pro quo dispensatio petitur, in sua specie exponi, & proponi, & non unum pro alio v. g. impedimentum cognationis pro impedimento criminis, vel cognationis naturalis pro spirituali, affinitatis pro consanguinitate, aut e converso, & sic de reliquis; siquidem Pontifex illud tantum impedimentum auferre per dispensationem intendit, quod sibi proponitur, & exponitur, non aliud diversum, & idem si narratur unum pro alio, nullum auferret, & dispensatio est nulla Rursus debet exponi, si sint plura impedimenta in specie, ut potest si sint impedimentum criminis, & impedimentum propinquitatis item criminis ex machinatione, & criminis, ex adulterio, similiter propinquitatis ex cognatione, & affinitate, vel cognationis naturalis, & spiritualis, & sic de singulis, quia si unum solum, quamvis sortitus exponatur, de illo ad summum habebitur dispensatio, non de alio, quod taceatur; plura ergo impedimenta diversa rationis, & non connexa, sunt necessaria, in petitione dispensationis exprimens, quia ex una parte quodlibet impedimentum dispensatione egerat, ac proinde quodlibet est in petitione exprimens, & ex alia parte cum non sint connexa, unum non exprimitur expressione alterius. Si vero concurrant plura impedimenta eiusdem speciei non connexa, ut quando quis est consanguineus alteri ex duplici capite, sive ex parte utriusque parentis, vel si sit affinis, eo quod cognovit duos illius consanguineos, aliove simili modo, licet aliquid dixerit, non oportere ea distinguere in petitione, sed satis esse exponere impedimentum, ut unicum, in gradu tamen propinquo; Probabilis tamen est, debere distinguere, & exponi illa impedimenta, tanquam plura, ratio est, quia maior utriusque, & nova propinquitas est, quando modo predicto ex diversis capitibus conjungitur, scilicet ex diversis personis, ac difficiolior reddit dispensationem; & dim in petitione exponitur consanguinitas, vel affinitas ex uno capite penes unam personam conjungens, in hoc quidem intendit Pontifex dispensare, sub quo propinquitas ex alio capite penes aliam personam conjungens non comprehenditur; ergo tanquam plura exponi debent ad dispensationem legitime obtinendam, non autem ut unicum impedimentum, quamvis sint eiusdem speciei, ita Sanchez, Tanceredus, Coninchius, Ponce, Hurtadus, Averfa, & alii passim.

520 Quot ulterius docent Doctores, ad validitatem dispensationis exponi debere impedimenta singula in proprio gradu, ut v. g. in impedimentis consanguinitatis, affinitatis, & publice honestatis, ex matrimonio rato opus est contrahere volentes, quod exprimitur in petitione, in quo gradu coniungantur, num in primo, secundo, tertio vel quarto nam pro qualitate gradus redditur facilius, vel difficilius dispensatio, exigitur minor, vel maior causa, & imponitur maior, vel minor compensatio si tamen exponeretur maior gradus pro minori v. g. tertius pro quarto, vel secundus pro tertio, adhuc dispensatio est valida, quia nempe sub gradu superiori in eodem ordine includitur inferior, & minor continetur in majori, quare dum Pontifex dispensat in superiori, eo ipso in inferiori dispensare censetur, nam qui dispensat in maiori, eo ipso in minori quoque dispensat; Quod intelligitur, quando maior, & minor sunt eiusdem ordinis, & speciei, ut consanguinitatis, vel affinitatis, quia quando sunt diversae speciei, dispensatio est nulla, ut si exprimat secundum consanguinitatis pro tertio affinitatis, quia tunc minor tacitus non continetur in maiori expresso, quia sunt diversi ordinis, & speciei. Praeterea etiam exprimi debet, si consanguinitas sit in linea recta, vel transversa, longe enim diversum est iudicium de utraque, ut patet ex dictis in superioribus; & quoniam affinitas quoque habet illos duos modos, scilicet ex copula coniugali, vel fornicaria, oportebit exprimere certum modum, si quidem maior est affinitas ex copula coniugali contracta, quam ex fornicaria; Et pariter quia publica honestas duplicem habet modum, scilicet ex matrimonio rato, vel ex sponsalibus opus etiam erit exprimere, si sit ex matrimonio, quae sane maior est, quam si sit ex sponsalibus, ut patet ex diversis dispositione Concilii Tridentini, & alterum modum huius impedimenti, Denum quando consanguinitas, vel publica honestas ex matrimonio, vel affinitas inter duos contrahere cupientes est inaequalis, id est, superioris

gradus ex parte unius, & inferioris ex parte alterius, ut si unus in secundo, alter autem in tertio a communi stipite dissent, non est necessario uterque exprimens, sed sufficit remotiori exprimens, eo quod remotior trahat ad se propinquoerem, & re vera distrahbat coniunctionem talium personarum ad huiusmodi gradum remotioerem, ut habetur in cap. final. De Consangu. Quod etiam Pius Quintus postea confirmavit decreto incipiente Sanctissimus, ubi ait, quod gradus remotior attendatur, & ab utroque exprimens, ac ob id sufficit remotioerem tantum ex adu exprimens, & ab utroque exprimens, ut supra propinquoerem, & ab utroque exprimens, quae quidem litterae ad matrimonii valorem non sunt necessariae, sed pro foro externo, & ad evitandum scandalum, quod solet in vulgo oriri exlimante duos inaequaliter distantes, alterum in secundo, & alterum in quarto esse magis propinquoerem, quam si uterque distaret in quarto; Addit tamen ibi Pontifex, ad valorem dispensationis requiri, ut quando propinquoer sitipiti proximo distaret in primo gradu, etiam iste primus exprimat, nec in tali casu expressio remotioris sufficit, quia Pontifex nunquam intendit in eiusmodi gradibus dispensare, quia haec matrimonium singularem habent indecentiam ob reverentiam his personis debitam, & reverentibus, nec ullum huiusmodi dispensationis exemplum extat; ita Doctores omnes supra citati.

521 Quinto quarunt Doctores, an dispensatio in cuius petitione exprimitur falsum, vel reticetur verum, sit nulla. Brancat. nosse d. 38. ar. 7. absolute respondet, quod quoties in petitione exprimitur scienter falsa causa, vel taceatur aliqua veritas, ex cuius silentio obtinetur dispensatio, haec est nulla, ex defectu consensu Papae. Melius tamen alii, & elarius sub distinctione respondent, quod si taciturnitas veri, aut relatio falsi sit aliquid, quod iure praecipitur non taceri, aut omnino declarari in petitione, absque dubio nulla est, & subreptitia dispensatio, quod si hoc iure non praecipitur, rursus distinguunt, duplicem esse causam conducentem ad concessionem dispensationis; unam motivam, seu finalem principalem; alteram impulsivam, seu finalem minis principalem; motiva dicitur illa, quae expressa in petitione ita de facto movet ad dispensationem concedendam, ut si ista non exprimeretur, dispensatio non concederetur, vel saltem absolute non concederetur, sed cum aliquibus limitationibus, impulsiva vero est illa, quae non movet ad concessionem dispensationis, seu non conducit ad substantiam concessionis, sed tantum impellit; id est, conducit tantum, ut facilius concedatur, atque ideo conducit tantum ad modum, non ad substantiam concessionis, unde si talis causa non exprimeretur, adhuc dispensatio obtineretur, licet non ita facile. Si igitur verum, quod taceatur, vel falsum, quod exprimitur, pertinet ad causam motivam dispensandi, id est, ad causam, sine qua non daretur dispensatio, procul dubio etiam facit nullam dispensationem, quia silentium veri, & prolatio falsi in tali casu conducit ad substantiam concessionis, & non tantum ad modum facilitatis, nisi vero pertinet ad causam tantum impulsivam, non ob id dispensationem irritat, quia adhuc concederetur, licet non ita facile; ita Sanchez, Tanceredus, Suarez, Hurtadus, Caspensis, & alii passim.

522 Sexto tandem quarunt Doctores, an taciturnitas copulae habeat inter consanguineos, aut affines irritet dispensationem super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis. Affirmant quamplures cum Sanch. lib. 8. d. 25. & sequitur ex nostris Brancatus d. 38. cit. art. 8. quorum fundamentum est, quia incestus ipse est impedimentum quoddam oblians matrimonio, quare eius quoque per expressam mentionem petenda est dispensatio, aliter nulla erit. Negant alii cum Ponce lib. 8. cap. 17. quem sequitur Averfa qu. 19. sect. 6. quorum fundamentum est, quia incestus per se erat tantum impedimentum prohibens, non vero dirimens, quare sine dispensatione reddebat matrimonium illicitum, non autem invalidum. Mihi vero cum aliis distinguendum videtur, quod si in dispensatione non po natur conditio illa, dummodo copula non intervenierit, & copula intervenierit post factam concessionem, & remissionem ad ordinariam, sive etiam ante concessionem praecesserit, verius est valere dispensationem, quia talis incestus non est impedimentum dirimens, ac proinde Pontificis dispensatione non eger, ut dicebat secunda opinio; Quando vero dispensatio data fuit expressis sub illa conditione, dummodo copula non intervenierit, & re vera intervenierit, ante datam concessionem Pontificis, valde probabiliter est, in eo casu taciturnitatem copulae in petitione facere dispensationem nullam, ut prima opinio dicebat; hoc enim opus erat exprimere ex vi conditionis appositae in dispensatione, dummodo copula non intervenierit, nam talis conditio significat intentionem Pontificis esse non dispensare; si copula praecessit, nisi in petitione exprimat, & alia plura ad hunc punctum, spectantia apud citatos Auctores videri possunt.

QUESTIO VIGESIMA PRIMA.

De Matrimonii Effectibus, seu Bonis.

523 Praeter gratiam sanctificantem, quae per hoc sacramentum matrimonii confertur, & est communis effectus omnium sacramentorum, & praeter gratiam sacramentalem istius propriam, & peculiarem, quae consistit in quibusdam specialibus gratiis & actualibus auxiliis, quae opportuno tempore coniugibus conferuntur huius sacramenti intuitu, ad ipsius matrimonii officia debite, ac recte obeunda, tres sunt praeterea huius sacramenti peculiariter, & principales effectus, qui alio nomine à Patribus, & Theologis tria matrimonii bona appellari solent, scilicet sacramenti indissolubilitas, prolis legitima susceptio, ac pia educatio, & thori coniugalis fides; sumpta doctrina ex D. August. de Bono Coniugii c. 24. & lib. 9. super Genes. ad lit. c. 7. ubi habet bona explicans ait, In si de attenditur non propter vinculum coniugale cum altero concubatur, in prole, ut amantur suscipiantur, benigne nutriantur, religiosè educantur, in sacramento autem non coniugum separantur. Hoc autem non ita intelligendum est, quod hoc sacramentum praeter haec tria alia quoque bona annexa non habeat, nimirum concupiscentiam, mutuum, & mutuum coniugum adiutorium, & consolationem, remedia obsequia, & similia, qui etiam sunt effectus, & bona matrimonii, sed haec tria praesertim assignantur, tanquam praecipua, & principalia; de his itaque agemus in praesenti quaestione cum Doctore nostro d. 4. disp. 31. & 32.

ARTICULUS PRIMUS.

Tria Matrimonii Bona explicantur.

524 Sicutus 4. d. 31. q. un. s. Ad quaestionem ad explicanda haec tria matrimonii bona, scilicet bonum sacramenti, bonum fidei, & bonum prolis notat ex Philosopho 5. Met. c. de perfectio bonum, & perfectum idem esse; triplex autem potest intelligi perfectio rei una intrinseca, & formalis, alia extrinseca, & finalis proxima; tertia tandem extrinseca, & finalis remota; Atque ita triplex in proposito est bonum matrimonii; unum formale, & intrinsecum, quod dicitur bonum sacramenti, scilicet vinculum indissolubile, non quod illud sit sacramentum, novae legis, vel signum sensibile, sed quia est signum intelligibile alicuius alterius significati, pura coniunctionis indissolubilis Christi, & Ecclesiae, vel alter dicitur bonum sacramenti secundum transitivam locutionem, cuius signum est ipsum Sacramentum. Certum autem est ex dictis supra q. 6. art. 2. matrimonium inter Christianos legitime contractum, & ab ipsis confirmatum esse omnino indissolubile, quod vinculum, ad idem constat tum ex scriptura Marci 10. & Lucæ 16. ubi Christus Dominus hanc de Matrimonio, Christianorum legem tulit: Quicumque dimiserit uxorem suam, & alteram duxerit, adulterium commisit. Tum ex Conc. Trident. sess. 24. c. 5. & 7. de reform. matrim. ubi anathema profertur in eos, qui dixerint, propter adulterium, heresim, aut quamlibet aliam causam, Christianorum matrimonium dissolvi posse, quoad vinculum; Nec obstat, quod Christus Dominus, Matth. 10. dixerit, uxorem dimitti posse, quod fornicationis, quia intellexit, posse ditimi quoad thorum, & cohabitationem, non vero separari quoad ipsius matrimonii vinculum, ut declaravit D. August. lib. de adulter. coniug. c. 11. & nos iam explicamus q. 6. art. 1. 188. Certum est quoque ex dictis ibidem n. 190. matrimonium ratum quidem, sed non ad huc confirmatum, quia minus sit verum sacramentum, solvi tamen posse etiam quoad vinculum, si alter coniugum votum sollemne Religionis emittat, ut definitum est in Conc. Trident. sess. 24. can. 6. & haec relaxatio Christi inquit Doct. lib. 8. c. rationabilis fuit, quia rationale est, obligationem ad minus bonum commutari in obligationem ad maius bonum ab eo, qui habet auctoritatem commutandi; professio autem in Religione est obligatio ad maius bonum, quia ad spirituale cum proposito convenientius, perpetuo & istum statum praetulit statui conjugali. Et tandem hac de causa, ex publico Conventione coniugatorum fecit, commune Doctores expositionem iniungit iudici, ut coniugi de Religionis ingressu ante matrimonii confirmationem deliberatè binestire profectum designat, intra quod vel Religionis propositum exequatur, vel coniugi debitum reddat.

525 Secundum bonum est extrinsecum, & finale proximum, scilicet bonum fidei, sive fidelitatis ad coniugem, nam ad ipsam, sicut ad bonum finale proximum ordinatur matrimonium ipsum, vel obligatio ipsa matrimonii, & in duobus consistit haec fides, vel fides; primo quod non tradatur corpus unius coniugis, nisi alteri coniugi, quia hoc esset contra iustitiam, & fidelitatem, & istud est necessarium semper in omni matrimonio, & invariabiliter in omni lege, sicut non permittitur adulterium, secundo consistit in utrendo corpus suum coniugi petenti pro loco, & tempore, seu ut vir, & uxor sibi mutuo debitum coniugale reddant, nam ut loquitur Apostolus 1. Cor. Mulier sui corporis possessorem non habet, sed vir, sicut in Quari. S. censent.

mulier autem vir sui corporis possessorem non habet, sed mulier, unde idem exprimit, ut uxor viri debitum reddat, similiter, & uxor viri, id quod sive debitum illud coniugale expressè petatur, sive tacite, & haec obligatio mutua reddendi debitum coniugale est sub peccato mortali, si alter coniugum serio, instanter, & rationabiliter illud petat, dixi autem, teneri coniugis debitum sibi invicem reddere pro loco, & tempore, quia reddere debitum est praecipuum affirmativum de iustitia, & fidelitate observanda ad alterum, praecipua autem affirmativa licet obligent semper, non tamen ad semper, praecipua pro loco, & tempore secundum circumstantias debent concurrere ad actum, unde coniug non teneret alteri debitum reddere pro quocumque alio loco, sed in aliquibus casibus potest non reddere, imò in aliquibus casibus etiam debet non reddere, ut inquit Doct. d. 32. q. un. s. Ad quaest. ut quando unus coniugum adulterium commisit, vel fornicationem, tunc enim visus petendi amittit, & coniug innocens debitum ipsi negare potest; item si ex redditione debiti imminet probabile periculum damni notabilis in salute corporali, quia rectus naturae ordo exigit, ut prius consulatur incolumitati proprii individui, quam generationi prolis, quod verum est, etiam si exihenti imminet incontinentiae periculum, quia cum tanto detrimento non tenetur, vitare periculum alterius, ut Sanch. Con. Hurt. & alii ad vertunt, Item si uxor sit praegrans, & proli conceptae timeatur probabile mortis periculum, & in aliis casibus, de quibus ser. Tertio tandem thori coniugalis fidem exigit, ut ambo coniuges mutuo cohabitent, & mutuo obsequia in administratione re familiaris, & filiorum educatione praestent, & ad quod quidem reciprocè obligantur, & etiam cogi possunt à iudice, tam Ecclesiastico, quam seculari ex c. literas de restit. spoliationum, cum autem vir sit caput uxoris, & familiae, ut dicitur Ephef. 5. tenetur uxor ad obediendum viro in his, quae ad familiam administrationem spectant, & vicissim obligatur vir ad alimenta, & alia vera subsidia uxori, ac reliquae familiae praestanda, cumque ad virum pertinet pro libito suo domicilium eligere, ac mutare, uxor cum sequi tenetur, ut habetur ex c. Unaqueque 13. q. 2. ut docet Navarrus c. 14. ubi tamen rectè monet, uxorem non teneri viro sequi cum gravi corporis, vel animi incommodo, ut sit ad bellum profectus, cui etiam subferunt Sanchez, Tanceredus, Sotus, Layman, Averfa, & alii passim.

526 Tertium bonum matrimonii est extrinsecum finale, & remotum, scilicet bonum prolis habenda, & religiosè educanda ad cultum divinum, & est finis principalior, unde & ad hanc finem ordinatur praecedens finis, scilicet bonum fidelitatis; ponitur etià quidam alius finis annexus matrimonio, scilicet vitatio fornicationis pro tempore lapsus, non solum enim matrimonium est in officium procedendi prolem, sed tempore innocentiae, sed etiam est in remedium concupiscentiae; Notant autem hic Bassol, Nicolaus de Nisse, & alii Scottici cū Doctore, opus non esse ista ultima bona fidei, & prolis ponere in re, & in effectu absolute inter coniuges, sicut necesse est de primo bono, scilicet matrimonio indissolubilitate, sed sufficit, ut sub conditione ponatur, nempe reddere debitum, si alter coniug petat, potest enim absolute loquendo alter non petere, & sic etiam alius non reddere, sub conditione etiam ponitur bonum prolis, quod non potest ponere sine redditione debiti, ut si venerit, non impediatur, nec perimatur, & si venerit proles, & subixerit, religiosè educetur; Quare absolute loquendo potest alter non petere, & sic etiam alius non reddere, imò matrimonio iam raro, sive etiam confirmato possunt perpetuum continentiam tenere; Unde si ex amore virtutis, & ad perfectiorem libertatem Deo servandum pari consensu continentiam servare vellent, haud dubie excellentiorem adhuc statum eligerent, quod fuisse docet D. Augustinus epist. 45. quae est ad Armentarium, & Paulinum coniuges, quos ad servandam continentiam efficaciter hortatur, quam communi voverant consensu, & idipsum quoque probat lib. 1. de consensu Evangel. c. 1. ex castissimo coniugio Desipae Virg. & S. Ioseph, quod inter eos intercessit absque ulla detrimento virginitatis, cuius fides in utroque illibata permansit, quorum proinde exemplo concludit, magnificè induitur fidelibus coniugis, & sunt eius formalia verba, etiam servata pari consensu continentiae, posse permanere, vocari quoque coniugum, non permixto corporis sexu, sed custodito mentis affectu.

527 Multum etiam confert matrimonium proli genitae, ut notat Averfa q. 22. seq. 2. efficit enim filios legitimos, quod multum valet ad bonorum successorem, & graduum, ac dignitatum capacitate, nedum in saeculo, sed etiam in Ecclesia iuxta varias leges civiles, & Ecclesiasticas; & hoc efficit non solum matrimonium, sed vera validum, sed etiam putativum, id est, bona fide contractu, & reputatum validum, quamvis re ipsa ob occultum aliquod impedimentum esset irritum, & nullum; hoc, inquam, etiam matrimonium sufficit ad filios legitimos, quibus nec etiam prejudicatur, dum postea impedimentum, & nullitas matrimonii detegitur, ut habetur in iure c. cum iuriter c. Prælatum c. Quoniam nobis c. Ex tenore, & est communis iuristarum sententia. Sufficit etiam, si bona fides saltem ex parte unius coniugis intervenierit, quamvis alter mala fide contraxisset, & dolose, ut habetur eo cap. Ex tenore

ARTICULUS SECUNDUS.

De Usu matrimonii, & debito coniugali.

Requititur tamen ad hunc matrimonii effectum consequendum, quod matrimonium publice, & coram facie Ecclesie fuerit contractum, nisi in iudicio coram Parocho, & testibus, & praemissis denunciationibus, nisi matrimonium clandestinum hoc beneficio, & favore non gaudeat, ut decessit e. final. de Clandest. Despons. Et tandem requiritur etiam ut bona fides in utroque, vel alterutro usque ad conceptionem prolis duraverit, alioquin si post nullitatis notitiam parentes copulam inter se habuerint, & proles concepta fuerit, haec non erit legitima, ut habetur eodem c. Ex tenore. Rursum matrimonium habet vim legitimam si ante conceptionem sita quod si viri & femina per illicitam copulam prolem habuerint, & postea iusto matrimonio coniungantur, per hoc subsequens matrimonium legitimum redduntur filii ante geniti per copulam illicitam ad bonorum successionem, & graduum, ac dignitatum capaciter ita statutum sunt iure civili cum variis limitationibus, & adhuc magis imple iure Canonico, & abque alia limitatione, nisi quod antea tales parentes essent ad contrahendum habiles, & nullum haberent impedimentum, dicitur, ita habetur c. Tantarc. Conquestus c. Trasmilg. & c. causam. Quare ad hunc effectum legitimatis requiritur generationis tempore tales parentes essent habiles ad contrahendum, hoc est, nullum constaret eis impedimentum dicitur, alioquin hoc impedimento eis constante, quamvis postea illo sublato per validum matrimonium inter se coniungantur, non per hoc filii prius nati efficiuntur legitimi. Itaque matrimonium duplici nomine cohonestatur ex prole, inquit quia proles per se magnum bonum quoddam est, cum illius procreatio societatem humanam conservet, & augetur secundum, quia filii ex vero matrimonio suscepti, vel post illud concepti esse legitimi, hoc est, idonei ad bonum hereditatem, & successionem, ad publicas dignitates, & officia in Republica, qui autem extra matrimonium procreantur, illegitimi sunt, & inhabiles ad ea officia.

528 Sed movet difficultatem Doctor, quomodo hec tria bona in quolibet matrimonio reperiantur, nam in primis de indissolubilitate, quae dicitur bonum factamenti videtur, quod non reperitur in matrimonio rato non consummato, quia dissolvitur per votum solemne Religionis, ut in superioribus dictum est. Deinde dubium est etiam de bono fidei, seu fidelitatis, quia inter adulteram, & virum suum est verum matrimonium, & tamen non est in bonum fidei. Denique dubitatur etiam de bono prolis, quia cum sterili, vel Virgine, quae vivit Virginitatem, vel cum senem iam impotente potest esse matrimonium, & tamen non est ibi bonum prolis, nec in re, nec in spe, non ergo haec tria bona matrimonio univ ersaliter comitantur, ut eius principales effectus.

Respondet Doctor, etiam matrimonium ratum iure divino positivo esse perpetuum, excepto casu professionis religiosa, quae eximit Christus a lege indissolubilitatis, quod etiam consonat rationi naturali recta, ut supra dictum est, in hac ergo lege indissolubilitatis matrimonium Christus ipse dispensavit, aut non comprehendit casum conversionis coniugis ad Religionem, non consummato matrimonio, quando ergo matrimonium dicitur esse insolubile, intelligi debet de solubilitate ab homine, non autem a Deo, qui potest etiam matrimonium consummatum dissolvere, ut habetur Mat. 19. Quos Deus coniunxit, homo non separet, & ideo purus homo non potest conjugem dissolvere, nec tota hominum communitas, & quando alter coniugum ante matrimonium consummatum Religionem ingreditur, illa dissolutio fit a Deo, & non ab homine, unde Deus instituit professionem, seu votum solemne unicum remedium dissolutionis matrimonii, & non quodlibet votum solemne, sed religionis, nam votum solemne suscipiendi ordines sacros non dissolvit matrimonium, nec cum eo est impossibile, nisi merito iure Ecclesiastico.

Ad secundum ait Doct. quod bonum fidei semper in matrimonio reperitur ex obligatione, licet non semper in executione, unde licet inter adulteram, & innocentem non sit bonum fidei, quantum ad actum ex parte adulterantis, adeo tamen in obligatione, quia uterque coniugum ad tale bonum obligatur.

Ad ultimum inquit Doctor, quod obligatio non est absolute ad bonum prolis, sed sub conditione, si scilicet eveniat ad gratanter suscipiendum, & religiose educandum, & non ad procurandum studiose oppositum per aliquem modum illicitum, scilicet ne eveniat, & ita patet ad illud, quod dicitur de Virginibus, & sterilibus, & alius non potestibus generare, vel non volentibus propter votum calitatis emittunt, quia non obstantibus predictis possunt contrahere, & sufficienter in eorum matrimonio habetur bonum prolis, scilicet sub conditione, modo iam declarato; Addit tamen Doct. loc. cit. in solutione ad 3. prin. quod secundum rei veritatem ubi fingit impossibilitas ad bonum prolis, non videtur actus ille cogalis causa inquit Doctor, matrimonium esse tantum in remedium, non in officium, quae autem impotentia sit impedimentum matrimonium dicitur mensiam declaratum est q. 1. art. 1. & 2. & de his tribus matrimoniis bonis plura videri possunt apud Alesium notatum lib. 3. tit. 9. no. 11.

529 Conveniunt Catholici omnes, copulam coniugalem esse licitam esse, ut aperit constat ex eo, quod Deus Genes. 1. primis parentibus commendavit usum coniugalem, & illis verbis, Crescite, & multiplicamini, & ex eo, quod ad Heb. 7. thorus conjugatorum dicitur a Paulo in maculatis, imo Scotos nosse q. d. 26. q. un. fusi demonstrat, medium ex revelatis, sed etiam ex naturalibus matrimonium, etiam ut a Sacramento praeficitur, esse actum licitum, & honestum, quia est medium ex natura rei proportionatum ad finem per se bonum, & honestum, scilicet ad filiorum procreationem, & humani generis propagationem eo modo, quo humanam decet naturam; Verum quia per licitam, & honestam copulam intelligitur illam, quae omni probris culpa vacet tam venialis, quam mortalis, & est contra illicitam, quae etiam venialis solum sit culpabilis, valde refert consideratio finis, est aliqua difficultas, quo sine exercendus sit talis actus, ut licite fiat, & quidem conveniunt, omnes actum coniugalem, non solum ob prolis generationem, quae est eius finis primarius, & immediatus, sed etiam ad vitandam incontinentiam in altero coniuge, dum alter videt, illum esse in periculo, esse licitum, & honestum, quia est actus charitatis ex fine salutis spiritualis proximi, & etiam iustitiae reddere indigni, quod suum est, & ita expressit doctus Sc. d. 32. Aubi considerat duplici fine mat. & propter prolem generandam, & propter fornicationem vitandam docet usum matrimonii, seu copulam carnalem coniugum esse de genere suo actum virtutis, sicutem iustitiae.

530 Primo itaque est Difficultas, an in actu coniugali facto ad vitandam propriam incontinentiam, si talia culpa venialis venialis; Et quidem Magister 4. d. 31. quem etiam nonnulli sequuntur Theologi, & Summistae, existimant, in eo esse culpam saltem venialem; Ratio est, quia utens actu coniugali ad eum finem, non intendit proprium finem ipsius actus, nempe prolis generationem, ut patet neque bonum fidei, quia ad hoc tantum pertinet, reddere debitum petenti, & abstinere ab actu carnali cum alio. Communis tamen sententia est, nullum esse peccatum, nec veniale, coniugem petere debitum praesertim, ut incontinentiam in se ipso vitet; Ita praesertim Almainus ex nostris 4. d. 26. q. un. in fine, quod probat ex D. Paulo 1. Corint. 7. ubi ait, propter fornicationem autem unusquisque uxorem suam habeat, & unaqueque suum virum, id est, ad vitandam fornicationem, & infra, cum satisfierit coniugibus aliquando orationi vacare, & communi consensu a coniugio abstinere, subdit, Item in veterum in idipsum tenet vos Satanas propter incontinentiam vestram, quia loquendi modus plane non denotat permissionem venialis peccati, sed omnino concessionem ad licitum, & quamvis in eo actu subdit, hoc dicit secundum indulgentiam, non per hoc significat, in eo actu coniugali ad propriam incontinentiam evitandam esse culpam aliam non fuerat ad illum, sed significat, minorem perfectionem, quam in abstinencia a consuetudine iam exempli cavimus q. 1. huius d. art. 2. n. 9. sicut etiam quando subdit, Et si nupserit Virgo non peccavit, ego autem vobis parco, non significat, culpam reperiri in nuptiis, cum immediate antea dixit, non reperiri peccatum, sed solum innere voluit, in eis minorem reperiri perfectionem, quam in exaltatu. Hinc etiam Almainus adducit rationem, quia postea usi sunt Nav. Reb. Coninch. Ponce, Hurtad. Avers. Casp. & alii recent, passim hanc opinionem sequentes, quia usus coniugalis, si propositi peccato, seu lapsu humanae naturae ordinatur sua natura in remedium, concupiscentiae propriae, unde ait Paulus loc. cit. Qui non potest continere, subat in Domino, unde sapientius replicat Scot. quod matrimonium in statu naturae corruptae non est solum in officium, sed etiam in remedium; ergo si quis ordinat actum matrimoniale in illum finem, propter quem institutum est matrimonium in statu naturae corruptae, dicitur referre in finem rectum, quamvis minus principalem, quam sit prolis generatio, & erit actus licitus, quia nulla lex est, quae cogat, ut in usu rei principaliori finem semper intendamus, aliam in praesenti materia usus coniugalis ad vitandam incontinentiam in altero coniuge exiit in periculo eius non esset licitus, & sterilibus non posset uti matrimonio, quia nequit prolis generationem intendere.

531 Dices cum Sanchez lib. 9. disp. 9. faltem culpam venialem in actu coniugali intervenire ad eum finem assumpto, quando ille aliiis mediis incontinentiam in seipso evitare potest, ut ieiunium, orationibus, ciliciis, & quia qui potest aliis videtur, inordinate uti actu rationem absorbente. Sed neque coniuges tenentur, ut ait Avers. q. 2. sec. 4. aliis mediis perfectioribus, & difficultibus uti ad hunc alium finem, sed satis est, si utantur medio aliquo in sibi licito, & concessio; & plane nimis durum esset obligare personas conjugatas, ut potius per abstinencia, orationes, & alia huiusmodi studerent carnem edomare, quam habere inter se copulam per matrimonium sibi concessam, & ad hunc quoque finem in statu naturae lapsae, & quamvis actus copulae carnalis usum rationis absorbere soleat, tamen dum talis institutus est a natura, & brevi tran-

transeat, licitus adhuc est coniugibus ad sedandam concupiscentiam, etiam usum rationis percutantem.

Hinc etiam patet ad rationem in oppositum, negatur enim assumptum, quia in statu naturae lapsae, etiam concupiscentiae extinctae est finis matrimonii proprius, & quod vis sit minus principalis, non tamen pervertitur ordo utendo tali medio, quia ad hunc alium finem per se licitum, actus etiam ad talem finem ordinatum, nec ul la lege obligat, ut dicebamus, ut quis ordinat debeat actum suum ad finem prius marium, & principalem, ac perfectiorem, sed satis est si ordinet ad finem in se quoque licitum, & honestum, & ad quod suo quoque modo referretur; Imo hoc etiam spectat ad bonum fidei, ne per peccatum incontinentiam matrimonii fides frangatur; Et tandem ad vitandam fornicationem in altero coniuge licitus est talis actus, ut omnes concedant, erit etiam licitus ad vitandam fornicationem in seipso, cum multo magis tenetur unusquisque sine saluti consulere, quam alterius. Et haec etiam fuit expressa mens Doctores 4. d. 26. sub lit. 5. ibi enim, ut Brancatus advertit disp. 30. art. 3. inquit, quod licet finis primarius matrimonii ad Deum instituti sit proles legitime educanda, tamen post ipsum ob naturae infirmitatem, & prontitatem ad hunc actum carnalem Deus inducit, ut propter hunc finem posset homo contrahere, & uti contractu, & quod finis iste laudatus sit, in novo testamento sumus certificat, & tandem addit, verissime esse, quod ista indulgentia non fuerit primofacta in nova lege, sed a principio humani lapsus.

532 Secundo maior adhuc est difficultas, an usus coniugalis factus solus voluptatis, & delectationis causa, quae in ipso actu est, sit licitus. Negant Malron. Hugo. Hollenies Sanchez, Tancred. & quidam alii existimant, copulam conjugalem ob talem finem exercitam esse peccatum mortale, vel faltem culpam venialem non carere, Fundamentum huius sententiae sumitur praesertim ex auctoritate, nam Aug. de bono coniugali cap. 6. ait, coniugalis concubitus generandi causa non habet culpam, concupiscentia vero facit de venialem habet culpam. & cap. Vir cum propria 33. q. 4. adducitur haec auctoritas ex D. Greg. Cum non amon procreandis, sed voluptas dominatur in opere coniugalis habent etiam ipsi coniuges in sua communitate, quod delectat. & plures alii Patres eodem modo loquuntur, quibus etiam inter ipsos coniuges damnari videtur copula gratia solus voluptatis habita.

533 Verum Auctores supra citati, & praesertim Almain nosse Le. & est modo communior opinio afferunt ob finem delectationis servata tamen convenienti moderatione, non esse illicitam copulam venialiter culpabilem. Ratio est, quia in humanis operationibus culpabile non est moderate appetere delectationem in sua natura iustam, quando ipse operationes per se licitae sunt, & honestae, nec in moderato excessu, aut alii pravis circumstantiis viciantur, ut patet in delectu ciborum, & potus, ad delectatio carnalis copulae coniugalis ipse rei natura est annexa, ut avidus voluptas ob concupiscentiam speciat, & dicta delectatio, seu voluptas vere est licita, & actus ipse; ergo talis finis intentus inter coniuges culpabilis non est, nisi copula ipsa per se licita est, dum modo neque actu, neque habitu alii finis matrimonio illi excludatur, quia haec ratio non tantum esset venialis, sed etiam mortale, atque ideo talis actus ex eo fine praesertim ex suo genere non est malus, nisi aliqua circumstantia vitietur, unde non carebit faltem culpa venialis, si fiat ob capiendam nihilam delectationem, seu ex desiderio nimiae delectationis, & hoc tantum volunt innuere Patres illo loquendi modo, volunt enim solum damnare excessum, non autem moderatum voluntatis usum, & ita Augustinum exponit Almainus l. c. Ad id tamen Brancatus nosse Le. nu. 50. quod licet usus coniugalis ob finem delectationis moderatus non sit culpabilis, est tamen valde periculosum illum velle propter talem finem, quia difficile concupiscentia moderata mensuras limites agnoscat, nam modus in voluptate sensualis, quae mentem absorbet, vel absolute servari non potest, vel faltem cum difficultate, & qui cum amat, ratio non sine excessu amat, ut Patres eo loquendi modo innuere voluerunt, quare concludit, & quidem satis rationabiliter, quod licet velle copulam conjugalem ex fine voluptatis moderata, non excludendo positive alios matrimonii finem non sit peccatum, est tamen valde periculosum ex tali fine eam velle, quia difficulter cum tali moderamine appetetur.

534 Ex hac eadem Doctrina etiam inferendum est ex eodem Almaino 4. d. 31. q. un. quem omnes auctores praecipue sequuntur, actum conjugalem tuendum, aut restaurandae salutis causa non esse peccatum nec veniale, dum modo non excludatur positive ratiocinetur, vel expressis finis principalis, & alia matrimonii bona, quia tunc non ex fine sanitate esset malitia, sed ex alio fine malo, qui sufficit ad vitandum actum alius de se bonum; Ratio huius asserti est, quia hic actus finis est per se licitus, & honestus, & copula, quae inter coniuges est licita, & concessa, potest ad talem finem esse utilis interius, & apta, ut Medici docent, neque datur inordinatio ex eo, quod actus coniugalis ad alium finem referatur praeter intentionem, quia huiusmodi fines non explicite, nec implicite excluduntur, ut patet; imo hoc ipsum etiam ad bonum prolis, & fidei conferre potest, quia coniugum hoc medio sanitate conservant, vel

recupetans eum magis aptus, & idoneus ad prolem generandam, ac debitum reddendum; Et eadem ratione admitti quoque potest, copulam esse licitam inter coniuges, ob aliquid aliud tempore commodum, & utile, ut ait Avers. q. v. g. si unus coniugum sperans ab alio opes, vel hereditatem, aut similia ex copula hoc fine inducatur ad eam, quia similiter talis finis est in se licitus, & copula conjugalis inter coniuges est in se licita. Et tandem haec eadem ratio, ut inquit Hurtadus, usum conjugalis ob alium quemlibet finem honestum, quamvis ipsi usus extrinsecum, est licitus, relicto adhuc omni fine proprio, quia nulla est, neque ostendi potest inordinatio in eo, quod prius telico proprio fine operis, id est, sumat ad alium finem honestum, ad quem non habet proportionem ex natura sua, quo pacto in aliis rebus humanis ob huiusmodi fines licitos, seclusis aliis conditionibus viciantibus, absque culpa adhibentur media in se licita, quando ad illos iuvant, quamvis alioquin non ex natura aut institutione sua sic ordinata sunt.

535 Tertio est Difficultas, an dubium de valore matrimonii reddatactum conjugalem illicitum, & Aliqui absolute affirmant dicentes, dubitanti de valore matrim. probris non esse licitam copulam, eumque nec petere, nec reddere posse, eo quod se exponeret fornicationis periculo, si forte se ipsa dubitanti de valore matrimonii, postquam bona fide contraxerat, licitam, & debitam esse copulam, ita ut tenetur reddere, & posse petere. Verum in huius difficultatis solutione cum distinctione procedendum est cum Scot. 4. d. 4. q. 1. & Scotus ibidem, ita nimirum, quod si uterque coniugum mala fide contraxit, seu cum dubio impedimenti, neuter potest petere, vel reddere debitum petenti, & ratio est, quia neuter potest se exponere periculo proximo peccandi sine peccato iuxta mortaliu axioma, quod operans cum conscientia dubia peccat, quia exponit se periculosi autem conjugis in mala fide exiitentes, & dubio de impedimento dirimente exponeret se periculo fornicationis, ergo in tali casu mortaliter peccaret, si vero alter dubitanti cum mala fide, seu dubio contraxit, hic non potest petere debitum ab innocente coniuge ob eandem rationem, cum enim sit possessio male fidei, non potest uti corpore coniugis, tanquam suo quia dolo potius possidet, quam iuridice, sed quamvis non possit petere, adhuc tamen tenetur reddere innocenti, qui cum bona fide contraxit, & nullam habet dubium de validitate matrimonii, aut impedimento, ita Doctor l. c. Brancatus disp. 39. art. 6. & sequitur Avers. q. 2. l. 2. cum plurius aliis ab eodem allegatis, quod probat quia hoc pacto conciliantur duae regulae, quae in causa dubii militat, una in dubio tutior pars est eligenda altera in dubio melior est conditio possidentis, etenim ex vi prioris regulae coniugis dubitantis petere non potest, quia tutiore partem debet eligere, nec se exponat fornicationis periculo, ex vi autem posterioris regulae tenetur reddere, quia non debet in dubio alterum sua possessione privare, qui bona fide contraxit.

536 Addunt tamen communiter Doctores, in tali casu tenentur conjugem dubitantem, non solum adhibere diligentiam ad inveniendum impedimentum, mut matrimonium dissolvitur, vel per eius dispensationem consolidatur, & ratiocinetur, sed etiam ad communicandum alteri coniugi suum dubium, nisi grave damnum sibi timeat, & tunc tutius si fundamentum probabile dubitanti perspicuiat, nec dubium excurrere valeat, debere etiam dubitare, atque adeo tunc non posse licite petere iuxta regulam de dubitante traditam, & de casu, quo ambo coniuges dubitant, donec adhibita diligentia dubium deponat. Advertit autem Scotus l. c. sub lit. C. quod si contrahens mala fide cum defectu consentis inerti manifestet coniugi talem defectum, hic non tenetur credere dolo, nec dubitare in proprium prejudicium, quia innocens ratione consensus exteri habiti a dolo vero, contraxit matrimonium in facie Ecclesiae, neque de contractu praesumi debet, nisi ad sint sufficientia indicia ad sic praesumendum, atque ideo potest adhuc hoc non obstantem petere, non tamen reddere, si petatur, donec dicat, se ab initio, vel postea consentisse, & ratio huius est, quia coniugis male fidei per declarationem sui mentis, quod scilicet invalide contraxit, declarat, se non habere jus supra corpus innocentis, & semetipsum excludit, neque est par ratio de pete, quia petiti innocentis fundata est in possessione bonae fidei, neque sua praesentia possessione privati potest abique iniustitia, tamen innocens ei credat, non poterit amplius neque reddere, neque petere, quia non potest amplius se tueri cum possessione bonae fidei, nam credens alteri constituitur ipse quoque in mala fide, atque ideo Scotus l. c. confilium dat innocenti, quod dolo non credit, & quod tunc via est non facere sibi conscientiam, quod alter dolo consentiret, iud quod tunc veraciter consentit, & modo mentitur, possent tamen tales circumstantiae, & talia indicia concurrere, ut tenetur credere, vel dubitare, & tunc se gerere debet iuxta praedicta.

537 Quarto est difficultas, an actus conjugalis fiat illicitus ratione affinitatis supervenientis, supervenit autem affinitas matrimonio, quando alter ex coniugibus habet copulam fornicariam cum aliquo ex consanguineis alterius coniugis, & in hoc puncto conveniunt Doctores, ex copula habita cum consanguinea uxoris affinitatem

tamen oritur, quia implet debiti petitionem, non tamen debiti redditionem, ac proinde tenet reddere petenti ex cap. 1. de eo, quicognovit conjugum suam, & ita praesertim docet Scotus 4. d. 41. qu. 11. in fine, ubi ait, quod affinitas superveniens post matrimonium contractum non dirimit, privatur tamen iure petendi propter illud crimen; Et idem est de uxore dicendum, quod si cognoscatur conjugum suam, non possit petere, & tenetur reddere, etiam si ea affinitas sit occulta, quia incurritur ipsa factio, & ante iudicis sententiam; Et similiter etiam sic dicitur tunc est, si uterque conjux id impedimentum contraxit, quod neuter possit petere, neque reddere ob eandem rationem, quae doctrina procedit, quando in casibus scienter evenit, & absque violentia, atque idem per copulam metu gravi exortam hoc impedimentum non contrahitur, ac proinde ea, quae inuita sunt cognita iure petendi debitum non privatur. Est tamen Difficultas, in quo gradu consanguinitatis sufficiat, quod sit persona consanguinea conjugis cognita ab altero conjugum, ut hic privetur iure petendi, & procedit difficultas post Tridentinum, quod affinitas dirimit matrimonium contrahendum, orta ex copula fornicaria sive restricta usque ad secundum gradum, quae antea iure antiquo sufficiebat ad id usque ad quartum gradum, ut in superioribus dictum est de impedimento affinitatis.

538 Nonnulli apud Hurtadum d. 10. d. 10. existimant, incestum habitum cum persona consanguinea conjugis etiam in quarto gradu sufficere, ut incestuosus iure petendi privetur, quia Tridentinum oram ex copula fornicaria restricta ad primum, & secundum gradum ad eam tantum efficitur, ut non impediat, neque dirimat matrimonium, ut Plus V. declaravit, non autem, ut non impediat petitionem debiti, quia haec distincta est à matrimonio, & huius tantum fit mentio in Tridentino non autem petitionem debiti, unde quoad hunc effectum voluit adhuc urgere ius antiquum de extensione consanguinitatis usque ad quartum gradum; ita Angelus, Paulus Comitulos, & alii nonnulli. Communis tamen opinio docet affinitatem incestu contractam usque ad secundum tantum gradum impedire petitionem, ita Sanchez, Henriquez, Tancet, Ponce, Caspensis, & alii passim, quod etiam declaravit Congregatio Cardinalium, cuius verba refert Branc. noster d. 29. art. 10. Ratio est evidens, quia affinitas non impedit, neque dirimat matrimonium nisi ob copulam, ad quam ordinatur, quia est indeceus inter affines ergo eo ipso, quod dicta affinitas restricta est à Tridentino non impedit matrimonium, neque dirimat, nisi in primis & secundo gradu etiam censetur restricta, ut non impediat petitionem copulae, nisi in eisdem gradibus; Consequenter patet, eatenus enim statutum est hoc impedimentum affinitatis, circa petitionem debiti, quia affinitas etiam vetitum contrahere, & copulari carnaliter, ergo quibus non prohibetur contrahere, vel copulari per matrimonium faciendum, neque prohibetur copulari post matrimonium factum, idem enim est motivum, nempe honestas; Unde quavis petere debitum sit quid à contractu matrimonii distinctum, eo tamen ipso, quod affinitas contractui non obstat, neque etiam petitioni debiti obstat ibi ob rationem allatam.

539 Quinto movetur etiam eadem Difficultas de Cognatione spirituali, an scilicet actus conjugalis fiat illicitus, quando cognatio spiritualis supervenit matrimonio jam contracto; quando unus conjugum post matrimonium contractum prolem alterius conjugis, sive ex prioris conjugis jam mortui, sive communem utriusque, & ex senatam baptizat, aut tanquam patrinus levat, aut suscipit in baptismo, vel in Confirmatione, in quo mortaliter, & graviter peccat, si id scienter efficit, vel ex ignorantia vincibili, & absque necessitate, quia est res gravis, & prohibita, ut habetur Causa 30. q. 1. cap. 1. Convenit autem in hoc Doctores, ac Hurtadus ad d. 10. d. 10. d. 6. quod sic hoc accidat absque culpa, quia nimirum fit in casu necessitatis, alius puer sine baptismo decederet, aut si eum suscipiat invincibiliter ignorans, est uxoris suae filium, tunc cognationem spiritualem ex eo provenientem nullo modo impedit actum conjugalem, & debiti petitionem, ut clare insinuat in Can. ad limina 30. q. 1. & quando fit culpabiliter ab uno conjugum non impedit alterum innocentem à petendo, & ipsi petenti debitum esse reddendum à nocente, & culpabili.

Est tamen Difficultas, an quando cognatio spiritualis culpabiliter sive ab uno, sive ab utroque contrahitur baptizando, sive suscipiendo in eo casu, sine utroque impeditur à petitione debiti, si scilicet plures Doctores, quos refert, & sequitur Sanchez l. 9. d. 26. & ex nostris etiam probabilissimus putat Branc. d. 39. c. 11. quod probant ex can. 1. & 2. 30. q. 1. & ex Can. ad limina ibidem, ubi dicitur eum, qui filium in necessitate baptizat, non esse à conjugum separandum, quia id laudabiliter fecit, ergo qui id culpabiliter fecerit, separandum est à thoro scilicet ut non petat, & cum exceptio firmet regulam in contrarium, aperte colligitur, si necessitas absit, in eum hoc impedimentum, quod talis conjux privetur iure petendi. Verius tamen, & probabilissimum alii negant afferentes eum, qui etiam culpabiliter, & scienter hanc cognationem cum altero conjugum contraxit, & graviter peccaverit, posse nihilominus petere debitum, ita D. Bon. 4. d. 42. par. 1. q. 2. Durandus ibidem, Suarez, Coninchius, Hurtadus, Caspensis, & alii Recentiores, & valde probabile putant

etiam oppositae sententiae Auctores. Fundamentum est, quia dicta privatio, seu prohibitio petendi in nullo iure in sua vitio observantia perseveranter continetur, nec ex aliquo iure sufficienter deducitur, probat Hurtadus loco citando exponendo Canones pro opposita sententia adductos, cum ergo hoc ex nullo iure clare constet, probabilior opinio nostra censeri debet, & praesertim, quia in odiosis mitior pars est accipienda. Imò Hurtad. l. c. ex Can. de eo 30. q. 1. & ex cap. Si Vir 2. de cognatione spirituali clare deducitur conjugis sive ambo, sive unum, quavis cognationem spiritualem culpabiliter contrahant, nullo modo privari actu conjugalis, iure petendi. Nec valet, quod ait Brancusius cit. in fine articuli. Non tamen in cap. Si Vir concedat solum obligationem reddendi, sed etiam dolius patrocinetur, & non concedere aliud. Nam ut patet, ex verbis textus absolutè dicit, quod sicut ex ignorantia, sicut ex malitia id fecerint non sunt ab invicem separandi, à thoro scilicet, ut non petant, & plane frustra illis concederetur jus reddendi debitum, nisi utriusque negatur petendi.

540 Sexto tandem est Difficultas, an actus conjugalis fiat illicitus voto castitatis emissio, & factio est de voto simpliciter continentiae; Et conveniunt communiter Doctores, paucis quibusdam exceptis, quod si habens votum continentiae contrahat absque dispensatione, nunquam licite potest petere debitum, quia obligatio ex voto insurgit est iuris naturalis, & divini à virtute sive delicti emanans, quae quidem ad servandum promissum impellit, & est etiam de iure divino positivo iuxta illud Psalm. 75. Vovete, & reddite Deo vestro, ergo talis obligatio durat, quousque ab habente poteritatem super vota dispensetur, sed post contractum adhuc in voto dispensatum non est à tali superiore, ut supponitur, ergo &c. Sed quavis continens post simplex votum in castitate non possit petere, adhuc tamen tenetur reddere, quia matrimonium essentia id intertineat requiritur, ut fiat permutatio corporum viri, & feminae ordine ad copulam saltem impliciter, si petatur, & post matrimonium contractum conjux habet ius petendi debitum, quia habet potestatem in corpore alterius, ergo alter coniux tenetur petenti coniugi debitum reddere; Neque officit votum emissum, quia reddere potest, ac debeat, licet petere non queat, quia cum votum alicuius non possit alio obligare praeter ipsum, & ipse alius ius activum non habet praeter petere, si hoc facit, violat votum, reddere vero non est sui iuris, sed alterius, & id eo per actum reddendi non violat votum, sed tantum per actum petendi, & non petendo sufficienter servat votum, quia quantum ad hoc ille potest servare castitatem, & est omnino liber ad reddendum. Similiter etiam dicitur de voto est, si votum continentiae post contractum matrimonium fuerit emissum non posse petere debitum, teneri autem reddere ad petitionem alterius conjugis post consummatum matrimonium, quia conjux vovens castitatem quoad unam partem tantum est obligat, scilicet ad non petendum, quia hoc relictum est in sua potestate, non tamen quoad alterum, scilicet ad non reddendum, quia hoc est iuris alicuius, quo se privavit, cum matrimonium contraxit.

541 Notanter autem dictum est teneri reddere debitum post consummatum matrimonium, quia ob eandem rationem, ut notat Hurtadus d. 10. d. 10. d. 8. tenetur etiam non reddere tempore, quo ante consummationem matrimonii est liber ad non reddendum, nempe per spatium bimestris à iure concessum, unde non placet, quod ait Brancusius d. 7. c. 1. art. 7. nu. 225. coniugem, qui continentiam voti t. licet, non possit petere, teneri tamen reddere post matrimonium consummatum, ac etiam tantum ratum. Non placet inquam, quia ut notat Scotus d. 33. q. 1. nu. sub lit. B. post matrimonium tantum ratum, & nondum consummatum potest coniux intrare Religionem, nec oportet statim, sed ad tempus, nempe per bimestre potest stare in saeculo, & deliberare, si tenetur autem statim reddere, tenetur, inquit, Doctor, facere se inhabilem ad Religionem, quod non est dicendum, eo tamen tempore transacto est deliberandum à iure constituto, ut matrimonium iam consummatum tenetur ad reddendum alteri petenti, nec amplius est liber ad non reddendum. Quod autem iure concessum sit spatium duorum mensium post contractum matrimonium per verba de praesenti ad deliberandum, si quis coniugum velit ad Religionem transire, habetur expressè cap. Ex publico de Con. coniug. dummodo interim non sit matrimonium consummatum, unde plane sequitur, ut intra eosdem duos menses non sit debita copula, nec tenetur coniux requiritum debitum reddere, quavis ultro licita sit copula, si ambo pari consensu matrimonium consummatum velint.

ARTICULUS SECUNDUS.

Quibus aliis modis actus conjugalis fiat illicitus.

542 Praeter causas art. praeced. assignatas, in quibus copula inter conjuges illicita reddi potest; adhuc ulterius dubitatur, an interdum illicita reddi possit ex circumstantia loci, & temporis, & quibusdam etiam aliis ipsarum personarum circumstantiis, de quibus agit Doctor 4. d. 33. qu. 11. & communiter alii Doctores in disp. De usu matrimonii, seu copulae conjugalis; Et quidem in primis quoad locum certum est, licitam esse copulam conjugalem in omni loco, praeterquam publico, aut sacro, in nullo enim alio loco interdita est, vel prohibita, nec iure naturali, nec positivo; in loco autem publico, sive in conspectu aliorum conveniunt Doctores, esse actum illicitum ex natura rei, & mortale peccatum, ob maximam indecentiam, & scandalum, atque incitamentum ad libidinem, quod praebetur aliis. De loco autem sacro est difficultas, quia in loco sacro interdita est, quod saltem iure positivo Ecclesiastico, ut patet in cap. final. de Consecratione Ecclesiae, ubi statutum est, per effusionem humani seminis locum sacrum pollui, itaut in eo celebrari non possit, unde factum est, ut sit peccatum mortale, & sacrilegium crimen copulam in loco sacro exercere.

543 Primo itaque Difficultas est, an locus sacro reddat actum conjugalem illicitum, & sacrilegium ratione circumstantiae loci. Aliqui absolute docent, nullum esse peccatum, neque sacrilegium, si conjuges copulentur in loco sacro, neque Ecclesiam violari, sive copula habeatur in causa necessitatis, sive non; Fundamentum est, quia talis actus in loco sacro non habet labem sacrilegii, neque ex iure naturali, neque divino, ut patet, nec etiam iure Ecclesiastico quia in cap. dicitur, si Ecclesia consuevit suere semine, aut sanguinis effusione polluta, &c. quo verbo non significatur maritalis actus, quia debet esse licita seminis effusio, actus autem maritalis ex se non est illicitus, ergo Ecclesia non pollutur actu conjugali; sed tantum effusio seminis, vel actu non conjugali contra castitatem illicito, quod etiam plures intelligi volunt de actu publico non occulto, id est, qui confessione rei in iudicio, aut evidenti facti in notitiam multorum devenit; ita Ponce, Hurtadus, Caspensis, & alii ab ipsi citati.

544 Alii vero magis communiter affirmant, actum conjugalem in loco sacro esse illicitum, quando non est necessarius ad vitandum incontinentiae periculum, ut quando conjuges longa obsequio in Ecclesia detinerentur, ineluctabili durissimum esset tandum à copula abstinere. Ita Scotus 4. d. 32. qu. 11. in fine in solutione ad ultimum, ubi ait, in loco sacro regulariter à tali actu abstinendum esse, quia periculum incontinentiae nequit pro parvo tempore ita imminere, quin usus matrimonii extra locum sacrum expectari possit, quod si tamen dicit ibidem comorandum esse, ut si conjuges in loco sacro obiderentur, tunc licet esse usum matrimonii ob periculum incontinentiae; & tandem ibi addit, quod propter talem actum occultum non esset locus ineredictus saltem publicus, ut oportet cultum divinum ibidem publice praemitteri, & ita loquitur ibidem Bassolius, Tataricus, Alsestus, Orbellus, Hiquicus, Branc. & passim alii Scotistae, & sequitur Sanchez lib. 9. d. 15. cum aliis pluribus ab ipso citatis, qui etiam dicunt, Ecclesiam non pollutam per copulam conjugalem, sed per fornicariam, vel aliam non naturalem, vel quod etiam si per conjugalem haec deberet esse publica, non occulta, & hoc quidem clare deducitur ex Concilio. Col. 2. par. 9. can. 18. ubi dicitur, quod Ecclesia intelligitur polluta, quando peccati accidentis, vel certitudinis publicam, aut famam est talis, ergo si fornicaria debet esse publica, ut pollutat, multo magis copula conjugalis; Branc. autem disp. cit. art. 3. n. 71. absolute tenet, per copulam conjugalem Ecclesiam minime pollutam, pro quo adducit Glossam de Consecrat. Eccles. in 6. cap. Vn. verbo, Seminus. Itaque ex principis Scoti, & communiori sententia dicendum est, quod si conjuges nulla urgente necessitate, seu periculo incontinentiae, in loco sacro copulam habeant, esse Ecclesiam non pollutam, aliquando tamen inferunt illi irreverentiam, ac proinde à culpa non sunt immunes, vel mortali, ut ait Hiquicus cum communiori, vel saltem veniali valde gravi, ut ait Branc. esse enim multa secundum se licita sint, ratione tamen loci interdum fiunt illicita, ut v. g. negotiari secundum se est licitum, & tamen in Ecclesia extra casum necessitatis est illicitum, ut patet Matth. 18. & d. 42. in Oratorio.

545 Secundò est Difficultas de tempore sacro, an reddat actum conjugalem illicitum, vel in die Communionis sit illicitus. Plures Doctores affirmant apud Sanchez lib. 9. disp. 12. & 13. esse illicitum, alii quidem mortaliter, alii autem venialiter solum. Hoc probant ex Apostolo 1. Corint. 7. quando dicitur, Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi, & sic etiam videntur docere sacri Canones, & nonnulli Patres relat. d. 33. q. 4.

Deinde probant ratione, quia diebus festis vacandum est Deo, ergo contra rationem est vacare Veneri, quo mens à divinis ab-

strahitur. Tandem de die Communionis specialiter id probant, quia Oza 2. Reg. cap. 6. à Deo percussus est, quod Arcam tetigerit, cuius rationem reddunt Hebraei, quoniam illa nocte ad uxorem accesserat; ergo multo magis illicitum erit ad Eucharistiam post copulam conjugalem accedere.

Communis tamen opinio docet cum Scot. nostro d. 32. cit. in solutione ad 3. prin. & omnibus Scot. ibidem, quod licet consilium sit à copula conjugali abstinere in diebus festis, & praesertim quando sumenda est Eucharistia, ratione tamen temporis praesens, neque venialiter illicitum est in eis temporibus matrimonialiter copulari, ita etiam S. Bonav. 4. d. 32. par. 3. q. 2. & sequuntur Recentiores omnes communiter Sanchez, Tancet, Hurtadus, Ponce, Averfa, Caspensis, & alii passim, Ratio est, quia nullum apparet sufficienter fundamentum talis prohibitionis, etenim ex natura rei, & ex reverentia diebus factis debita non sequitur, quod conjuges à copula abstinere debent alioquin sibi licita, quia simul possunt exercere alios sacros actus illis diebus convenientes. Neque ad obligat praecipit de colendis diebus festis, quia per tale praecipitum, operationes duntaxat serviles externa prohibentur, nec finis praecipit, ut liberius vacetur Deo, cadit sub praecipit. Et quavis valde convenientis sit, in die Communionis, & sumptionis Eucharistiae conjuges abstinere à copula conjugali, non solum antecedenter, sed etiam consequenter ob nimiam mentis distractionem à spiritualibus ab ea causata, idque semper sit consulendum; tamen absolute loquendo nulla culpa est ea die ad Eucharistiam accedere. Quod si aliquando Patres dicunt non licere, exaggerando loquuntur, & dicunt, non licere id, quod non decet, & ita de tempore sumptionis Eucharistiae narravit Glossa in cap. 1. Causa 33. q. 4.

Confirmatur, quia Apostolus, qui nuptias consilii propter fornicationem evitandam, & praecipit conjugibus sibi invicem debitum reddere, nullum excipit tempus, in quo sit irritum reddere, sed si orationis tempore abstinere debent ex consensu conveniunt, ut patet ex ejus verbis supra relatis, unde Doctor loc. cit. advertit, Apostolum non dicere absolute abstinendum esse tempore sacro, sed consulit ad tempus, ut vacent orationi, & hoc communis consensus; ergo nisi adit mutus conjugum consensus, non solum non est illicitum in praesenti temporibus copulam habere, sed est illicitum eam negare ex doctrina illius.

546 Hinc inquit Bassolius, quod licet tempore sacro, & praesertim in die Communionis congruum sit non petere, tamen necessarium est reddere, quia haec obligatio oritur ex ipsa lege iustitiae, nec invenitur aliquod jus hunc causum excipiens, nec reddens, sive petens propter hoc inahilis est ad communicandum sic, quod peccat, sed verum est, quod non est sic habilis, & idoneus, sicut in talem actum non exerceret, unde nec prohibetur illo tempore petere, vel reddere, sed consulitur, ut magis congruum, quod abstinere, ut orationi vacent, sicut Apostolus dicit, & sic etiam inquit Doctor in solutione principalium, quod perceptus Eucharistiam debet abstinere à copula, ut cum majori reverentia sumat. Ex quo patet, quid sit dicendum ad ea, quae in oppositum sunt allata, nam ex Apostolo solum habetur consilium, quod ad nullam culpam obligat, & similiter sacri Canones cum Ss. Patribus loquuntur de consilio, unde valde vnius erit, & laudabile his diebus abstinere, sed de rigore etiam in his diebus copula habetur ex libidine, vel alia circumstantia vitante erit culpabilis solum iuxta talem conditionem suam, non autem aliam malitiam habebit sacrilegii, vel irreverentiae ex circumstantia temporis facti, nisi id fieret ex contemptu, tunc enim plane esset peccatum mortale. Ad rationem responderetur, vacare orationi in diebus festis esse finem praecipit, qui non cadit sub praecipit, sed tantum sub consilio. Ad ultimum dicendum, non illam fuisse causam mortis Oza, sed quia cum sacerdos non esset, temere Arcam tetigit, quod solis Sacerdotibus permittitur, ut communiter Patres exponunt, vel ut ait Abulensis, quia modica reverentia, & veluti rem profanam Arcam tetigit.

547 Hoc idem dubium movetur etiam de actu conjugali, an scilicet sit licitus ante benedictiones nuptiales. Nec desunt, qui putaverint esse illicitum vel mortaliter, vel saltem venialiter, quia fecit Conc. Trident. statutum videtur §. 24. c. 1. de Matrimonio. Hec tamen, ut conjuges ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendā in eadem domo non solubant. Communis tamen opinio docet, non teneri conjuges per se loquendo abstinere à consummando matrimonio, antequam benedictionem suscipiant, sed ex convenienti solum talem benedictionem prius suscipere debere, ita Navarrus, Sanchez, Hurtadus, Caspensis, Tancet, Ponce, Averfa, & alii passim. Ratio est, quia nulla talis obligatio apparet, nec enim sacri Canones id determinant, & quavis Tridentino citato suadet, & hortatur, ne habeatur copula inter conjuges ante dictas benedictiones, non tamen praecipit, sed hortatur, & ideo obligationem non imponit, sed tantum convenientiam insinuat, ne ante praesentam benedictionem matrimonium consummaret, unde facti consensu, ad hoc conjuges non obligari saltem graviter, & sub mortali; Adit tamen Averfa q. 20. sec. 4. quod ob convenientem ordinem, si non occurrat aliqua iusta causa differendi benedictionem, communiter

erit veniale peccatum consummare matrimonium ante illam; sed si illa causa differendi occurrat, ut pote quia matrimonium contractum est in initio Adventus, aut Quadragesimae, & durum esse tamdiu differre matrimonium consummationem, poterunt conjuges in tali casu omni peccato excusari, tam mortali, quam veniali. Quod si aliqui tunc aliqua iura excusant, in quibus preceptum videtur, ne matrimonium ante benedictionem consummaretur, jam contraria consuetudine sunt abrogata, & nova lege Trid. cum solum suadeat, & hortetur, ut matrimonium ante benedictionem non consummatur.

84 Tertio est Difficultas, an usus matrimonii sit aliquando illicitus ratione damni, & periculi, quod potest tunc immutare profibus regulariter seminis accidit, vel quando uxor est gravida, vel quando infans natus est. Quoad primum conveniunt Doctores, non esse illicitum usum, quando fluxus mensuratur preter naturam est perpetuus, & duratus, ut in quibusdam accidit, aliis rarissime conjuges possent uti iure suo, quod esset durissimum, & similiter quando est necessarium ad vitandum dissidium inter ipsos conjuges, quia in eo casu bonum pacis excusatur, est ergo difficultas an sit illicitus usus tempore fluxus naturalis mensuratur, qui singulis mensibus feminis accidere solet; In quo puncto Antiquiores, & Recentiores in extremas abire sententias, illi namque dixerunt, semper in tali casu esse illicitum, nisi id fieret ad vitandum dictum dissidium, & plerique declarant, esse culpam gravem, & mortalem. Ratio est, quia cum ad sit periculum gravi mali, culpa lethalis est uxori copulari, at eo tempore periculum est, ne fetus concipiatur monstruosus, aut leprosus, ut Medici affirmant, quod est grave proliis damnum, non ergo tunc licet actus conjugalis nec vir potest licite exigere, nec femina reddere, quia ratio est in lege veteri hoc prohibuit sicut Lev. 20. Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, ipsaque aperuit fontem sanguinis sui, interficientur ambo. Nec est probabilis, inquit Scotus nos. d. 32. c. 1. sub ff. quod in lege Evangelica, quae est lex castitatis, sit minus prohibuit ad menstruatam accedere. Hinc etiam in iure cap. h. d. 5. habetur, quod cum in concubitu mensuris uxores detineatur, viri sui misceri prohibentur, ita Scotus loco citato. D. Thomas, D. Bonav. Riccardus, & alii Veteres Scotiae, & Thomista.

89 Recentiores vero e contra existimant, nullam esse culpam eo tempore ad uxorem accedere, quia ex natura rei nullum imminet prolii damnum, cum ratio tunc concipiatur teste Arist. lib. 1. de gen. animal. cap. 16. & non consistit plus eo tempore, quam alio concipi cum vitio, & defectu proli, ut experientia docet, & quando ita est, nulli tamen in eo fieret injuria proli, quia melius adhuc esset, et sic nasci, quam non nasci, cum alio tempore non conciperetur idem numero fetus. Neque talis actus esset illicitus ex eo, quod sit superfluum ad conceptionem, quia non est necesse, ut fiat semper ob proli generationem, cum sint alii plures fines, & honestas, ob quos fieri potest. Ex iure autem divino veteri nulla iam extat obligatio, & preceptum illud, in quantum erat ultra naturalem legem, & fuit ceremoniale, & iudiciale, quare omnino cessavit; Et tandem in iure Ecclesiastico loc. cit. solum refertur antiquae legis prohibitio ex D. Gregorio, nec de toto infingitur, vel confirmatur, ita Navarrus, Sanchez, Tancered. Ponce, Coninchius, Hurtadus, Caspensis, & alii passim. Media sententia in hac re nihil statuenda videtur cum Averfa q. 21. sec. 5. per quam extrema conciliari facile poterunt, & dicendum etiam tempore fluxus mensuratur licitum esse copulam conjugalem, & nullum esse peccatum occurrente iusta causa, ut pote ad vitandum incontinentiae periculum, & ad vitanda inter conjuges dissidia, & in hoc sensu intelligenda est secunda sententia; Sed non occurrente ulla tali causa, sed solum voluptatis gratia, fore quidem peccatum saltem veniale, etiam si actus conjugalis extra tale tempus nullum esset peccatum ex eodem motivo exercitus, adfert enim tunc quaedam specialis indecentia, & turpitudinis, & nimia intemperantia apparet, nolle ad breve tempus actum illum differre, quae quidem ratio sufficit ad hoc, ut uxor eo tempore requiritur non teneatur reddere debitum, ut notat Averfa loc. cit. & Bonacina q. 4. punct. 6. num. 10. Et hoc solum voluit innuere Scotus loc. cit. dum inquit, rationes secundae sententiae non concludunt, quod mulier menstruatam petere possit vel reddere debeat, quia potest expectari breve tempus, quo mensuratur cessante poterit generari proli sana, & non leprosa, vel defectuosa, ut etiam ibidem Bassolus explicat, & differtur, alioquin nimia intemperantia ostenditur, quae saltem ad veniali culpa excusari non potest, & idem sentire videtur Alesanus, lib. 3. tit. 10.

550 De Tempore vero, quo uxor est gravida, D. Thomas, Alesanus, Paludanus, & alii antiquiores putant, saltem esse peccatum veniale ad uxorem accedere, & sequitur Ponce lib. 10. cap. 14. quod probant ex D. Aug. de bono conjugali cap. 6. ubi ait, aliquos esse adeo incontinentes, ut conjugibus nec gravidis parant, & Hieron. lib. 1. contra Iovinianum inquit, homines salte pecudes imitari debere, & postquam venter uxoris intumescit, abstinere, ne perdat filios, & sic etiam loquuntur alii Patres relati cap. Si causa. & cap. Orig. Quia ergo Patres id reprehendunt, & semen tunc temporis frustratur sine generationis, ad quem ordinatus, dicitur

tunc copulam esse illicitam saltem venialiter, ac etiam mortaliter, si sit periculum abortus proliis jam formatae. Coniugium tamen sententia ultro quidem concedit, talem copulam esse illicitam etiam mortaliter, quando ad sit periculum abortus proliis jam formatae, & idque non solum ex parte patris, sed etiam reddentis, nam hoc est directe contra finem matrimonii, & infertur extremum damnum proli conceptae; ut citra hunc casum aliter, nec veniale peccatum esse, quia nullo iure prohibuitur, nec opus est culpas multiplicare, nisi necessitas non cogit, & nimis durum esse conjugibus obligare etiam viri veniali ad abstinendum tandum ab usu conjugii, & quod effusio seminis eo tempore frustratur sine generationis, non infert, ut sit illicita, quia potest ad alios honestos deservire; ita Sanchez, Coninch, Tancered. Hurtad. Averfa, Caspensis, & alii passim, & sic praesertim ex nostris docet Orbellus 4. d. 32. & Alesanus, lib. 3. tit. 10. ubi ait, etiam tunc temporis actum conjugalem esse licitum, cum talis actus non tantum sit in officium proliis procreandae, sed etiam in remedium, quod ait intelligendum, esse, nisi praesumeretur probabiliter de periculo partus, quia tunc exigitur, & reddens mortaliter peccaret; sic etiam loquitur Brancatus nos. d. 32. c. 1. sec. 5. & est expressa Scoti doctrina d. 32. c. 1. sub lit. F. Patres vero allegati loquuntur, quando est verisimile abortus periculum, ut constat ex verbis Hieronymi citatis, vel id reprehendunt, non quia illicitum, sed quia minus perfectum; Unde, etiam textus allegati intelligi debent, vel quando ad sit abortus periculum, vel tantum de consilio, sicut loquuntur Patres ex quibus Canones illi fuerunt desumpti.

551 De Tempore tandem, quo infans matris lacte nutritur, dixerunt aliqui, tunc enim illicitam esse copulam, & alii iuste, specificant etiam sub mortali apud Averf. loc. cit. idem tenet Brancatus nos. d. 32. c. 1. sub lit. G. ubi ait, illicitam esse copulam cum uxore potest partum ante pueri ablationem, nisi ab ea sit lactandus, quare autem sit peccatum, ait esse iudicandum ad damnum, & periculum, quod potest fetus incurere, & hoc probat ex cap. final. 5. ubi habetur, ad eius vero concubium vir eius accedere non debet, quousque quingentum, ablaetur. Et postea n. 66. subdit, quod licet puer deuter alteri lactandus, adhuc est prohibuit copulare cum puerpera, seu debuit petere, vel reddere toto tempore purgationum, & si ad sit spes concipiendi, sub mortali, si vero non ad sit talis spes, licet sub veniali, nisi incontinentia exeat, quod rursus probat ex eodem cap. h. ubi ex D. Greg. habetur, Quae filios suos alius nutrit, eos tradit nisi purgationis prius tempus transferat, viris suis non debent admisceri; ergo a Pastore Ecclesiae supremo est, prohibuit, Artamen ab omni culpa excusant Sanchez, Tancered. Ponce, Averf. Caspensis, & alii passim; quia non apparet notabile damnum immutere proli lactati, & ob aliqualdam momentum durissimum esse, ac innumeris peccatis expositum tandum conjuges arcere a conjugis congressu. Adhuc tandem addendum est, quod quando probabiliter consistat de gravi proliis periculo, tunc sine a copula abstinere debet, nisi alia via proli iam nata de alimentis subsidio provideant; unde limitant aliqui, nisi conjuges valde sint inopes, nec alius nutritibus alendum infantem tradere possint, quia in tali casu si uxor concipiat, non habebit lac, quo filium alat, unde sequetur notabile proliis detrimentum, & iuxta hoc accipienda sunt, quae pro altera parte adducuntur ex cap. final. 5. intelligenda enim sunt de debito conjugatis, & honestatis, non autem necessitatis.

552 Ex dictis etiam inferunt, quid dicendum sit de copula statim post partum habitam ante purificationem ex sanguine; quia in hoc casu eodem modo iudicandum est, atque de ea, quae cum uxore menstruatam habetur, dici enim debet, ex hac etiam parte nullum est peccatum, si forte veniale, & ob solum voluptatis gratiam, & nimia intemperantia, quae tunc apparet, si ob solum voluptatis gratiam, eo tempore copula habetur, & appetatur. Nec refert, quod in lege veteri post partum usque ad purificationem mulieris interdicta erat copula, & quadragesima diebus post edictum masculum partum, & octoginta post femininum, non poterat puerpera templum ingredi. Quia preceptum illud erat tantum ceremoniale, & ad proinde per successionem novae legis extinctum, unde nec nunc tenentur mulieres tempus illud expectare ad Ecclesiae ingressum. Canon vero ille sumptus est ex D. Gregorio non precipiente, tanquam Pontifice, sed loquente tanquam Doctore, & solum per modum consilii, ut notat Averfa q. 21. c. 1. sec. 6. non quidem referendo ad dilationem, & purificationem antiquae legis, sed ad naturalem mulieris purgationem; ex quo capite nec etiam oritur ulla moralis obligatio, nisi aliunde vitetur actus, ut idem Auctor advertit, ut praesertim in vitari potest ex quadam intemperantia, & videtur de copula cum uxore menstruatam, & multo magis, si valetudinis periculum imminet, & sic etiam Alesanus nos. sentire videtur lib. 3. tit. 10. in fine.

553 Quarto possunt occurrere peculiare quaedam circumstantiae in personis conjugatis, quae reddant illicitam eis copulam, alioquin sibi concessam, ut si quis talis corporis dispositione sit affectus, quod copula prudenter censetur ei allaturae vitae periculum, aut notabile salutis detrimentum, redditur illicita copula; ita Scot. d. 32. c. 1. sub lit. E. in secundo casu, quem proponit, quando

nimirum conjux obligatur fortiori vinculo ad non reddendum, puta si vergat in detrimentum propriae salutis, & incolumitatis, teneatur enim magis diligere propriam incolumitatem, quam illud debet reddere alteri coniugi; Et est res certa, & clara apud Doctores, non enim cum licet suam prodigere vitam, & incolumitatem etiam praetextu conservandae speciei per generationem proliis, quia non desunt alii, per quos species conservetur. Neque ad tale debitum reddendum tenetur ex iustitia in casu proposito, quia non tenetur debito creditori cum notabili vitae detrimento reddere; quod propriae suae conservandae esse necessarium, neque ex charitate, quia quilibet habet debitum conservandi propriae vitae in casibus, in quibus non est obligatio conservandae vitae, inter quos nullo modo praesens casus annumerari potest. Idem dicendum existimant Sanchez, Tancer. Averfa, Caspensis, & alii Recentiores, si alter conjux morbo laboret contagioso, aut lepra, aut morbo gallico, quia quomvis licite possit reddere, sed tamen ad id obligatur cum tanto detrimento; Neque oblatere dicitur texum in cap. 1. de 2. de Coniug. leproforum, ubi praecipitur conjugem famo leproso debito reddere; Quia id intelligendum est, quando lepra non est contagiosa, nec est periculum infectionis, fuscus quando imminet humilidum periculum, non tamen fit teneatur reddere tantum proliis quia melius est proli infirmam nasci, vel leprosam, quam pueritiam non esse. Verum Doctor diss. 32. sub lit. G. ex vi citati textus censet teneri sanum reddere debitum leproso, quia nisi sit valde magna lepra non est periculum in tritoria redditionis, sed tantum in cohabitatio, quae proinde ibi non praecipitur, quia ex illa facile possit sanus nasci, & suadet etiam ratio ipsa, quia notabile nimis praedictum esse matrimonium, & continuum incontinentiae periculum, si ille per totam vitam cogatur ab usu conjugii abstinere, & ita sentiunt Scotus, & omnes ibidem, Bassolus, Orbellus, Almainus Hiquanus, & Alesanus loco cit. Imo hoc etiam fatetur Averfa q. 21. sec. 7. & alii ex Averfariis, dum dicunt, quia non censetur ex raro, & brevi congressu imminere infectionis periculum. Ideo sanum teneri aliquando reddere debitum leproso; Quare concludit Orbellus d. 32. c. 1. sec. 9. quod si unus conjugum lepra incurrit, consulendum est sano, & infirmo, ut voluntarie continent, si autem non valent ad hoc induci, licet non teneantur cohabitare ob periculum infectionis, si tamen infirmus a sano debitum exigit, generali praetextu Apotoli quod exigitur est solvendum, ex Canone citato, in reddendo enim aliquando debitum non est sic periculum de infectione, sicut in cohabitando, quia actus ille cito transit, & Alesanus ait, quod licet lepra obviet cohabitatio, non tamen obligatio. Et de eadem tandem, & fusius dicitur, si unus conjugum sit sanus, & alter amens, quod habentis licitum intervallu reddendum est debitum in illo intervallu, furioso autem existenti in furia non tenetur reddere; quia id fieri nequit sine propriae personae periculo, de quo plura videtur possunt apud Branc. d. 39. ar. 5.

554 Est tamen aliqua difficultas, an si conjuges sint nimis pauperes, & ad sustentationem numerosae proliis inhabiles, an teneatur conjux ab altero requiritus debitum reddere, Sanchez d. 29. Coninchius d. 34. 2. firmant tenent, quia cum matrimonio multiplicatiorem proliis oritur, absurdum est ab eis obligatione excusari, ne proliis multiplicetur, hoc enim dicitur opponitur fini praecipuo matrimonii. Verius tamen, & probabilius alii censent, dum modo incontinentiae periculum ab sit, licite negari posse debitum, ne plures filii nascantur, quam parentes alere possint, quia ne pe obligari non debent cum tanto gravamine, & incommodo ad tot filios alendos; Nec mirum dicunt, esse debet, incommodum sitatem magnam alendi filios ex parte ab obligatione reddendi debitum, nam etiam in aliis rebus moralibus aliorum debitorum solutio excusatur ob moralem impossibilitatem, & maximam solvendi difficultatem; ita Scotus, Lops, Petrus Ledef. Diana, Hurt. Averf. Casp. & alii passim, qui, tamen addunt ex hac hac ratione inopia non reddi illicitam copulam inter conjuges, sed tantum non debitam.

555 Quinto ulterius quaeri solet, quia ratione actus conjugalis fiat illicitus ratione modi, aut sit, aut sit per cognoscens uxorem, modo non naturaliter alioque fieret mortaliter, & plane contra est, quod nisi fiat in vase naturali, & a natura ad hoc instituto est mortale peccatum, & nefandum scelus, Advertendum est autem, modum naturalem concubendi viri cum femina quoad situm esse, si mulier succuba, vir autem incubus sit, ac proinde omnem deviationem ab illo modo concubendi alio modo naturae adversari, ut si conjuges a latere vel sedendo, vel stando coniungantur, vel si praeposteri more procedant, aut viro succubente. Et omnes Doct. conveniunt, huiusmodi concubitus a modo naturali deviantes esse culpam mortalem, quando est periculum probable effusionis seminis extra vas naturale, & legitimum, ne prostratur semen a natura in generationem ordinatum, conveniunt etiam, quod aliquando in vivo situs ab illo culpa fieri potest, quando aliqua necessitas sic postulat, cum dispositio corporis illud non permittat propter pinguedinem viri, vel propter periculum suffocationis fetus in praegnatu; Sola igitur Difficultas est, an cessante hoc periculo, & non existente aliqua necessitate, ob quam fiat situs consueti laratio, sit culpa mortalis, dum vir converso situ, servato tamen

vase debito, uxorem cognoscit. Et prima sententia tenet, esse culpam lethalem, maxime quando fit modo praepostero, more brutorum, vel si vir succumbit, & mulier est incuba. Ratio universalis est, quia quando variatur modus, aut situs naturalis sine ulla necessitate, tunc actus conjugalis est contra naturam, ut pote contra modum a natura praescriptum, in quo videtur esse gravis inordinatio. Accedit ratio particularis de modo praepostero, quia cum natura hunc modum bestis praescribitur, vir cum appetens, & exerecens, illis effectibus similis. Quod tandem adhuc magis patet, si vir succumbat, quia hic modus ordinis naturae adversatur, & valde repugnat receptioni seminis in vas femininum, ac eius retentioni, unde in tali casu etiam Alesanus nos. ait, peccatum mortale committitur cum ibi frustratur intentio naturae propter indispotionem matricis ad feminis susceptionem; ita Abulensis, Paludanus, Prepositus, Monaldus, Cajetanus, Henriquez, Veracrux, & plures alii, quos refert Sanchez d. 32. c. 1. 16.

556 Communis tamen, & retinenda sententia est, variationem modi naturalis esse quidem illicitam, non tamen mortalem, quocumque modo fiat, sive a latere, sive sedendo, sive stando, sive praeposteri, sive viro succubente, sed solum venialiter, quia non immutat adhuc ad generationem apta est, & inversio situs non est contra ordinatio, licet sit aliqua deordinatione, propterea est culpa solum venialis, non mortalis, dummodo ab sit periculum effusionis seminis extra vas naturale; ita Sanchez, Ponce, Hurtadus, Tancered. Henriquez, Caspensis, Toleus, Filiucius, Armita, Diana, Bonacina, Averfa, & ex nostris Brancatus, & Orbellus, & alii passim. Ratio est, quia nulla variatio modi naturalis obstat generationi, cum effectio feminis intra vas naturale non impeditur, ergo nulla est sententia gravior inordinata, sed tantum venialiter inordinata enim deordinationem querere intra matrimonium, limites est tantum culpa venialis, probatur assumptum, quia variatio, quae non impedit effusionem seminis intra vas, non obstat generationi, nulla autem ex praedictis talem impedit infusum intra vas naturalem, quia ut docet Arill. de gener. animal. cap. 4. semen non recipitur in matricem femininam, per infusum, sed descensum, sed per attractionem, eo quod in ea fit virtus naturalis semen attrahere ac prole nulli corporis in se in cubitu generationi obstat, nec in hoc frustratur intentio naturae, unde testatur Orbellus, mulierem quandam a viro succubente cognitam, quia paralytica erat, & contractus, concepit, ac prole talis filii culpam lethalem non constituit, cum adhuc servaret finem matrimonii legitimum, qui est posse prolem concipi; Ex eo autem, quod actus conjugalis fiat variatio modo naturali, non est contra naturam quoad substantiam, cum fiat adhuc intra legitimum vas, & naturale, ut notat Hurtadus d. 32. c. 1. diff. 5. sed tantum est contra naturam quoad modum, & taliter, ut non impeditur generatio, in quo non censetur gravis inordinatio, sed tantum levis, & quia etiam facile excusabitur a turba, aut corporis dispositione, aut alia rationalibus causa, modum modum naturalem concubendi difficulter admittens.

557 Hinc patet ad rationes in oppositum per prima opinione adductas, Ad primam negatur assumptum, quia praedicta situs variatio praeter modum naturalem non est contra naturam quoad substantiam, nec contra naturam quoad modum, ita ut impeditur generatio proli, quae est praecipuum, & per se matrimonii finis, & ideo in ea non censetur gravis inordinatio, quae mortalem culpam inducat, sed tantum veniale. Ad secundum de modo concubendi praeposteri, utique negari nequit, sed concubentem bestis esse similem, quae eo modo coniunguntur, & ideo increpandi sunt conjuges illo modo, & ab huius necessitate coeuntes, quia tamen id est tantum in quodam modo accidentaliter, ideo culpa lethalis censeri non debet, sed tantum venialis. Ad tertium de viro succubente dicendum similiter, quod talis variatio modo naturalis in actu conjugali non est contra naturam quoad substantiam, cum fiat intra legitimum vas, & ab huius effusione seminis extra illud, quantum sufficit ad generationem, sed tantum est contra naturam quoad modum, & taliter, ut non impeditur generatio, dixi autem quantum sufficit ad generationem, quia ut notat Ponce lib. 10. c. 11. nec etiam est peccatum mortale, etiam si ex eo, quod variatur modus naturalis elabatur aliqua pars semini, dummodo alia retineatur.

558 Sexto tandem est Difficultas, An conjugii illiciti petenti possit licite reddi, videtur enim, quod si vir mortaliter peccet debitum exigendo, etiam mulier mortaliter peccet reddendo, quia consistit peccato viri, cum actio viri, & redditio mulieris inseparabiliter annectantur, Pro intelligentia difficultatis notandum est, Doctores in hoc convenire, in eis casibus, in quibus unus conjugum impeditur petere, potest sine dubio alter ab eo licite petere, quotiescumque voluerit, quantumvis sciat impedimentum illius non enim ipse illo modo ligatur alieno impedimento, nec illum inducit ad peccatum, quia ille reddendo non peccat, & ita ambo rem licitam faciunt, Conveniunt insuper, quod quando actus conjugalis, qui exigitur, est illicitus exigenti ratione aliquos circumstantiae

